



# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Christoforo. martyre. Cap[itulum]. cxxxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

pere viuū exciperet vel defunctum. Narran-  
tesq; qualiter sine remige peruenissent: locum  
ad sepulturam congruum postulabant: Regi-  
na autem eos dolose ad reges hispanie destina-  
uit: vt super hoc eius assensum vti maioris re-  
quirerent. Qui eos cepit: et in carcerē reclusit:  
sed cum discūberet: angelus dñi eos exoluit: et  
liberos abire permisit: quod rex audiens post  
eos milites: q̄ illos occiderent: destinauit. Sed  
dum milites pontē transirēt: fracto ponte oēs  
in flumine submersi sunt: qđ rex audiens et sibi  
ac suis meruēs: discipulos apostoli pacifice re-  
uocauit: et ab eis vna cum populo fidem xp̄i su-  
scipit: et quicquid petierat libere concessit. Au-  
diens hoc lupa doluit: et redeūtib; sanctis ac  
regis consensum per litteras aperientibus: res-  
pondit: vt boues suos: quos in tali monte ha-  
bebat: planstro iungerēt: et corpus magistri sui  
quocūq; vellēt tumulandū deferrent. Hoc autē  
dolose faciebat: eo qđ oraco ingēs flammā euo-  
mens boues ipsos custodiret: quib; tauri essent  
indomiti: qui nec vehiculo iungi possent vel si  
sūgerētur: huc illucq; discurrerēt: et sic corpus  
dissiparēt. Discipuli s̄o doli ignorātes montē  
ascendunt: draconē ingentes in eos ignem splē-  
rantem signo crucis per mediū ventrē scindūt:  
tauros velut agnos mansuetissimos planstro  
iungunt: et desuper sanctum corpus cū lapide  
super quē positus fuerat imponūt. Boues au-  
tem sine alicuius regimine corpus in medium  
palatij lupe detulerunt: quod illa videns credi-  
dit: et christiana effecta omnia ab eis petita co-  
cessit: palatium sancto corpori in ecclesia dedi-  
cauit: et mirifice dotauit: vbi requiescit infans  
et maximis miraculis conuersans.

De sancto Iosia martyre. Cap. cxxxiij.



**I**osias  
martyr fuit  
ille scriba lu-  
deorū: qui fu-  
it in collo la-

co bi apli: vt supra proxime de-  
ctū est. Cum autem ap̄tus ad  
decollandū duceretur: et para-  
lyticum in via repertum sas-  
nasset: credidit iosias et ad pedes eius proci-  
dit: et veniam petens se christianum fieri postu-  
lauit: quod ab iathar sacerdos videns eum res-  
neri fecit: pugnisq; cedi iussit: missaq; de illo le-  
gatione ad herodem: vt cum apostolo decolla-  
retur: et obtinuit. Cum autem ambo decollari  
deberent: apostolus a sp̄icatore lagenā aque  
petiit: et ibidem iosiam baptizauit: qui cum  
apostolo capitis ob truncatione simul occubuit  
viij. kalendas augusti.

De sancto Christophoro  
martyre. Cap. cxxxv



**C**hristofo-  
rus martyr ge-  
neris chyananē  
ante baptisimū  
reprobus voca-  
tus vultu terribilis et proce-  
rissime stature: vt pote qđ. xij.  
pedes in longitudine possi-  
debat: in lycia ciuitate amon  
sub rege dagno passus est.

Hic aliquando cogitauit: vt maiorem principē  
mundi quereret: ad quem secum moraturus ac-  
cederet: venit ergo ad quendam maximū regem:  
de quo fama erat: qđ maiorem dominū mundus  
non habebat: in cuius curia christoforus mane-  
bat. Eius autē die quadā foculatoz regi assistēs  
cantilenā diceret: in qua frequenter diabolus  
nominaret: rex qui xp̄ianus erat signum crucis  
in faciem imprimebat. Quod christoforus nos-  
tans et admirans: interrogauit cur rex hoc face-  
ret: et quidnam signū huiusmodi sibi vellent. Et  
cum rex in hoc dicere recusaret: post multam  
instantiam ei dixit: qđ illud signum faceret: ne  
sepe nominatum diabolus timere posset. Chri-  
stoforus autem statim arguit: qđ diabolus ma-  
ior dominus qđ rex erat: eo qđ ipse illū timebat:  
vnde se deceptum cognoscebat: quia maiorem  
mundi dominū non inuenerat. Et vale faciens  
regi: diabolum querēdo properabat. Cum autē  
per solitudinem pergeret vidit maximam mult-  
tū multitudinem: inter quos quidā terribi-  
lis et ferus ad eum venit: et quo tenderet res-  
quissit. Qui se ire querendo diabolum respon-  
dit: et qđ miles ille diabolus esset audiuit. Eus  
se christoforus in seruitium perpetuum tradi-  
dit. Et cum ambo pergerent et in via communis  
crucem erectam inuenissent: diabolus a semita  
fuglens in nemus declinauit: et christoforum  
secum duxit: atq; post laboriosum iter ad viam  
rediit. Quod christoforus admirans multa in-  
stantia quesuit: cur hec diabolus fecerit. Qui  
tandem cōpulsus ei dixit: qđ homo quidam: qui  
dicitur xp̄us in tali signo pependerit: quē ipm  
plurimū formidabat et ob id ab eius signo dis-  
uertebat: christoforus autē adhuc xp̄m maiore  
diabolo fore cōclufit: et sic continuo ab eius ser-  
uitio discessit: et christū querere festinauit. Sed  
cum eum nullatenus inuenire posset: ad heres-  
mitam deuenit: qui ipm christum predicauit: et  
de fide diligenter instruxit ac baptizauit. Eius  
autem ei scitum et orationem pro peccatis  
suis imponeret: et christoforus se nihil horum  
pficere posse dixisset: ipm tandē ad quēdā flu-  
uū destinauit: vt ibi resideret: et ceteros trans-  
ire volētes: eo qđ fortis esset et magnus trans-  
portaret: quod christo adeo gratum esset: vt se  
ipm proculdubio reuelaret. Ad fluuium igitur  
accessit: et ibidem sibi domum construxit: por-  
y iij

tanq̄q; perticam in manu loco baculi se in aqua sustentabat: et omnes sine cessatione transportabat. Eū autē quadā nocte quiesceret: auduit tertio vocē pueruli se vocās: et ut se traduceret obsecrātis. Qui semel ac bis egressus neminē repperit: tertia hō vice puerū inuentens in hūmeris suis accepit: et baculo sumpto flumen trāsiturus intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumescēbat: et puer ad instar plūbi grauissimi ponderabat. Quantoq; magis pcedēbat amplius vnda crescebat: et puer magis hūmeros christofori deprimebat. Eum autem vī transuadasset: et puerū deposuisset: de pondere conquestus ait: q̄ in tantū fuerat grauar? achi totū mundū super hūeros habuisset. Eū puer respondit q̄ nō miraret: qz nedū mundū super se habuerat: sed illū qui totū mundū creauerat se quoq; xpm dñm esse dicebat. In cuius signū mandauit: vt baculū suū in terra figeret: quem mane floruisse et fructificasse videret. Statimq; ab oculis eius euaniit: christoforus autē baculū in terras fixit: et die altera ipm ad modum palme frondes et dactilos protulisse cōspexit. Sicq; xpm dominum sibi apparuisse cognouit.

¶ Post hec autē ad amon ciuitatē deuenit: vbi dum eorū linguā nō intelligeret: oratione fusa ipoz loquelā intelligere cepit: virgā quoq; suā in terrā fixit: et vt ad conuersionem populi floreret dñm exorauit. Quod cū factū fuisset decē et octo milia hominū crediderunt. Rex autē dagnus ducētos milites ad eū capiendū misit. Et cū ipm orantē tenere nō auderēt: iterū totidē misit. Eū quibus oratione premissa ad regē venit: quē videns rex statim in tantū sublimē territ? ē: et pre timore corruit in terrā de sede sua: sed a ministris leuatus: christofori de nocte ex patria et religione requisit. Qui cū se christofori nocte cananēū gente ac xpianū religioē diceret: et dñs sacrificare contemneret: rex ipm in carcere mācipauit. Duas quoq; puellas elegātes germanas nīcetā et aquilinam de sui corporis prostitutiōe vinētes ad eū misit: promittēs eis munera si illā ad peccandū secū allicerēt: et ad immolandū dñs instectere possent. Lung a puellis plausu manū et amplexibus vgeret: et sanctus marty: instanter dñm precaret: subito de falce illius lux in mensa refulsit: que puellas admodū exterruit. Quapropter ille cōuertē se ad xpm de cōmissis veniā postularit: et coronam marty: perciperit: vt supra in eoz passioe actū est. ix. kalen. augusti.

¶ Deinde christoforus regi presentat: et cū sacrificare noller: vltis ferreis verberat: et postmodū galtea ignita eius capiti imponit: sed in his minime superatur. Deinde super scannū ferreum alligatur: et ignis infecta pice subter incenditur: sed ad instar cere scannū confringitur et sanctus illesus inuenitur. Subsequēter autē rex fecit illuz ad stipitē ligari: et a trecentis militibus sagittari:

sed sagitte omnes suspense in aere permanebant. Eum autē rex illuc accederet: vt ipm extinctū conspiceret: repente vna ex sagittis et aere retrocessit et regē percutiēs vno oculo extitit. Cui christoforus dixit: vt de sanguine ipius in crastinū decollandi sumeret et oculum lintens visum recuperaret. Tunc iussu regis ad decollandū ducitur: et ibidem fusa oratione capite truncatur. Rex autē de sanguine super oculum ponens continuo visum recepit. Qua propter in christū credidit: et corpus sancti martyris sepeliri mādauit. Passus est autem octauo kalendas augusti.

¶ De sancto Lucufante martyre. Cap. cxxvi.



### Lucufans

¶ Lucufans in ciuitate barcinona sub prelide rufino passus est. Hic sanctus vna cum felice germano suo ex scyllitana ciuitate nobilitibus parentibus ortus: cesareā mauritanā studiorum gratia commigrauit. Indeq; ambo post tēpus aliud quod discedentes et ad partes occidentis se transferentes: omnia sua pro christo pauperibus erogarunt. Et felice quidem in ciuitate gerunda marty: effectus est: vt de eo in eius passione dicitur kalendas augusti.

¶ Lucufans hō in ciuitate barcinonaz deueniens: dum christum annunciarē: a genente proconsule tentus est: et dum sacrificare noller: iussu proconsulis a rō. militibus sibi vicissim succedentibus grauissime et diutius torus est: ita vt intestina dirupto corpore defuerent. Eum autem orationē xpi marty: iudisset: tortores excecantur. Proconsul vna cum eius idolis terra se aperiente absorbef. Lucufans hō intestinis in aluē diuisit? repositis repēte sanaf: quē pagani cathenis vinctū maximiano presidē pntarunt: qui lucufantē in craticula iussit assari: sinapi et aceto plagis perfundit. Sed cum hec oia superasset: et assatores eius erūpente flamma interfissent: in ignē copiosum mittitur: sed eo orante ignis extinguitur: de hinc in carcere clausus lumine celico super eū emisso cōfortat: custodesq; hec aspicientes ad xpm conuertunt. Vane autē factō eū indēte p̄side cardis ferreis et tauris cedere: orauit ad dñm: et continuo preses vadēs ad arā iouis de curru cōcidit: et fractis ceruicibus expirauit. Idota quoq; ad que pergebat: in puluere redacta sunt: quo miraculo multi de populo in xpm crediderunt. Demū succedente rufino in presidē ciuitatis: lucufans ab ipo de nouo comprehensus ac decollatus est: sepultus barcinone. viii. kalen. augusti: cuius corpus in de processu temporis transarū in ecclesia sancti dionysij parisiē. ad presens quiescit.